Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ut diuidamus inter intelligibilia et sensibilia tanquam
inter diem et noctem. et inter animas alias intelligibilibus
alias sensibilibus dedicatas. ut iam non tu solus in ab
dito diuidicationis tuae. sicut inter quam fieret firma
mentum. diuidas inter lucem et tenebras. S. et iam spirita
lis tui in eodem firmamento positi atque distincti.
manifestam per orbem gratiam tuam luceant super terram. et di
uidant inter diem et noctem et significent tempora
quae uetera transierunt ecce facta sunt noua. Et quia
propior est nostra salus quam cum credidimus. Et quia nox
praecessit. dies autem appropinquabit. et quia benedicis coro
nam anni tui. mittens operarios in messem tuam. in qua
seminando alii laborauerunt. mittens et iam in alia
sementem cui messis in fine est ita das uota optanti. et
benedicet annos iusti. Tu autem idem ipse es. et anni
tui qui non deficiunt. Horreum preparas annis transeuntibus
Verbo quippe consilio prius temporibus bona celestia
das super terram quo quidem alii dat per spiritum. sermo sa
pientiae tamquam luminare maius. propter eos qui per spi
cue ueritatis luce delectantur. tamquam in principio
diei. alii autem sermo scientiae secundum eundem spiritum.
tamquam luminare minus. alii fides. alii donatio
curationum. alii operationes uirtutum. alii prophe
tacio alii diuidicacio spirituum. alii genera lin
guarum. Et haec omnia tamquam stellae omnia enim haec
operatur unus atque idem spiritus. diuidens propria uni
cuique prout uult. et faciens apparere sidera in
manifestacione adutilitatem. Sermo autem
scientiae. quam continent omnia sacramenta quaria